



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Camilli De Lellis Fvndatoris Religionis Clericorum Regvlarivm Infirmis Ministrantivm

Cicatelli, Sanzio

Antverpiæ

Beatissimo Patri Et Pastori Ecclesiae Vniversæ Pavlo V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37267

BEATISSIMO PATRI
ET
PASTORI
ECCLESIAE
VNIVERSÆ
PAVLO V.



VMego, BEATISSI-
ME PATER, Vi-
tam P. Camilli de
Lellis, Fundatoris
Ordinis Clerico-
rum Regularium infirmis mini-
strantium, breuiter ac compen-
diosè exarasse, haud veritus sum
eam BEATITVDINI VESTRAE
dedicare; confisus non dedigna-
turam

* 5 turam

turam (quâ est in omnes huma-
nitate & beneuolentiâ) saltem
aliquo eam oculorum benigno
coniectu collustrare. Quod equi-
dem non eâ solùm de causâ mihi
persuasi, quòd de vno Religionis
instituto hîc agatur, eoq̄ue à
diuinâ Maiestate, instar senis il-
lius Simeonis, tamdiu in vitâ con-
seruato, quoad felicissimi Ponti-
ficatus vestri beatus aspectu, lu-
bens volensq̄ue demigraret: ve-
rùm etiam, quòd homo vnus in
medium producatu totî Vrbi,
omniq̄ue Italiæ notus, cui & in
SACRO SALVTIS LAVACRO
idem, quòd SANCTITATI VE-
STRÆ, inditum sit nomen. Ne-
que id profectò absque Diuinâ
euenisse prouidentiâ mihi videri

po-

potest, quòd illo tempore ereptus
sit CONGREGATIONI nostræ
multò dilectissimus Pater, quo
velut pupilla infantula in sinum
deberet VESTRÆ BEATITVDI-
NIS recipi. Neque enim propter
eà quòd in hacce paruulâ familiâ
nullus in præsentî splendor, nul-
lum decus & ornamentum pareat,
idcirco indigna fauore vestro iu-
dicanda est; quandoquidem, diui-
nâ aspirante gratiâ, non minima
nos spes teneat, eam ipsam, post-
quam adoleuerit, haud exiguum
orbi senescenti subsidium allatu-
ram. Et verò tam multæ iam in-
ter nostrorum manus ad Beato-
rum vitam animæ euolarunt, vt
si iis solùm, quæ per illos suble-
uata in cælis degunt, ad terras re-
gre-

gre-

grediendi, & ampla, quæ ab ipsis
receperunt, beneficia commemorandi
facultas concederetur, cunctæ
proculdubiò ad sanctissimos
BEATITVDINIS VESTRAE pedes
simul prostratæ, communibus
votis deprecarentur, vt CON-
GREGATIONIS huius tam pro-
tegendæ quàm subleuandæ cu-
ram susciperet singularem: cum
certum sit, eam, si nostri tutelam
patrociniumque suscipiat, eadem
operâ omnium pauperum infir-
morum, atque inter Christianos
morientium (quorum nos auxi-
liis, solemni voto, cuncti destina-
uimus dedicauimusque) curam
suscipere. Ita permultos vitæ feli-
citatisque annos BEATITVDINI
VESTRAE comprecamur: quem-
ad-

admodum & noster Parens CA-
MILLVS, tum cum moribundus
sanctissimis pedibus vestris hu-
militer osculatis, sanctâ benedi-
ctione vestrâ impertiretur, est ap-
precatus.

BEATITVDINIS VESTRAE

Seruus indignissimus

Santius Cicatellus.

PRÆ-